

PRIVILEGII SVMMA.

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS Priuilegio cautum est, ne quis Typographorum, bibliopolarum, aut alij librariam negotiationē exercentes, OPVS hoc de Triangulis PALATINVM, quod à GEORGIO IOACHIMO RHETICO inchoatum, L. VALENTINVS OTHO absoluit, siue totum siue aliquam eius partem, siue in Epitomen redactum, siue additionibus auctum, quocunque modo, forma aut charactere, imitari, edere, excudere, aut venundare, intra Sacri Romani Imperij, regnorumque ac dominiorum suæ Maiestatis hæreditariorum fines, duodecim annis proximis à prima editionis die computandis, absque Principis Friderici IV Electoris, eiusue hæredum Electoralem dignitatem obtinentium, consensu siue publicè, siue priuatim & clam audeat. Quod Sacræ Maiestatis interdictum, si quis neglexerit, non modò libris impressis, verùm etiam viginti quinque marchis auri puri, Imperiali fisco fraudis vindici, & ipsi Principi Electori hæredibusue eius ex Semisse soluendis, mulctabitur, vt latius in Cæsareo diplomate sancitum extat. Dato Pragæ XXIV Mensis Ianuarij, Anno Domini M. D. XCIV.

RVDOLPHVS.

Jacobus Curtius à Senfftenau.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ Maiestatis
proprium.

Joan. Baruitius.